





DISSESSATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE  
**JURAMENTI**  
**DELATIONE CON-**  
**TRA MATRIMONIUM.**

QVAM  
SUMMO RECTORE GUBERNANTE,  
DECRETO ET AUTHORITATE MAGNIFICI JCTO.  
RUM ORDINIS IN ILLUSTRI ALMA VARNIACA  
PRAESIDE

VIRO PRÆNOMILLISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTIS.  
SIMO Atq. CONSULTISSIMO

**DNO CASPARO MAT-**  
**THÆO MÜLLERO,**

SERENISS. DUC. MECKL. REGENT. CONSIL. CAN-  
CELLAR. ANTECESSOR. DUCAL. PUBL. ORD. FULGIDISS.

AD HUNC ACTUM SOLEMNEM  
PRO-DECANO SPECTABILI  
PATRONO ac STUDIORUM PROMOTORE


MULTIS NOMINIBUS COLENDO.  
PRO SUMMIS IN UTRQVE JURE PRIVILEGIIS  
ET HONORIBUS DOCTORALIBUS RITE CAPESSENDIS  
PUBLICO EXAMINI SISTIT

**GEORG. CASP. Lindenberg / Lub.**

IN AUDITORIO MAJORI.

AD DIEM 14. IUN. ANNO 1708.

Kostochki, Typ. J. WEPPLINGI SER. PRINC. & ACAD. Typogr.



DEO  
PATRIÆ  
FAUTORIBUS  
ET  
AMICIS.

ACTIONES à Deopendere nostras  
cumqve hujus dissertationis Princi-  
pium, medium & terminum esse  
credimus & optamus.

N.109. in præfat:

## ANTELOGIUM

AD BENEVOLUM AC CORDATUM LE-  
CTOREM.



**A**Et tantum varias o-  
mnino esse vices, illorumque  
animos. Variis uno simul  
tempore dubiis exagitari, è  
cœlesti prodisse videtur cor-  
tinâ. Eqvidem multa hac  
de re in medium essent pro-  
ducenda exempla, si in limi-  
ne hærere vellem, multò magis ob brevitatis studium  
memet loco exempli adduco; Qvippe mihi ponde-  
ranti varias materiarum elegantias ac solidissimas  
elaborationes earum, multa cum obvenient, haud  
sine ulla ratione diu dubius hæsi, quodnam argu-  
mentum

mentum ex tam vasto & amplissimo materiarum Jus  
ris Oceano feligendum esset. Nonnulli enim tales  
excogitare allaborant materias, quibus acumen inge-  
nii ac subtilitatem quidem exhibent, utilitatem vero si  
consideres, planè vel nullam, vel minimam in iis de-  
prehendes; quales rū censet HERING in tractat, de  
fidejussor. c. 10. n. 102. quas similes esse dicit aranea-  
rum telis, qvæ plurimum habent artificii, minimum  
utilitatis, qvasque proindè nec scire Compendium,  
nec ignorare detrimentum est ullum. Alii è contra  
Commune Jus evertere, & si non penitus abrogare,  
tamen corrigere, ac Doctores illud seqventes pro li-  
bertate, licet laxiori, Academica perstringere, sumo  
moperè intendunt. Hæcce autem disputatio, quam  
imprætentiarum Judicio L. B. subjicio, tali facie non  
prodit, nec quod aliquam gloriolæ particulam sit affe-  
catura, utpote plurimi Vanam in elaborandis dispu-  
tationibus Inauguralibus qværunt jactantiam, potius  
materiam hanc practicam & scitu necessariam, mihi  
loco periculi Academicí pro ritè obtinenda lauru  
elegi. Qvod reliquum est, ut de methodo Tibi con-  
stet. Caput I. Sistit casum Disputationis & commu-  
ni de eo opinionem. Caput II. probat, etiam contra  
matrimonium deferri posse juramentum. Si palato  
Tuo L.B. qvicqyid laboris est, conveniat, erit pergra-  
tum, sin minus alia atqve meliora pro humanitate  
Tua Communicabis.

CAP.

**CAP. PRIMUM.***Sistit***Casum Disputationis & Commu-  
nem de eo opinionem.***§. I.*

**T**itulus & verborum involucra longiori declara- *Circa ex-*  
 ratione indigere non videntur, qvia vocabula *plicatio-*  
 ab aliis latissimè jam dum retractata invenio, *nemrubi*  
 quod præ cæteris nuperimè fecit Prænobilis Dnus. *non pro-*  
 Candidarus PETERSEN in Dissertatione sua de *lixè occu-*  
*Juramenti Delatione in causa Fiscalis pecuniaria, ubi *pamur**  
 vocabulum *Juramenti* tum quid sit, tum qvotuplex  
 sit, item quid vox *Delationis* denotet, expofuit: Prodiit  
 ea paucis abhinc leptimanis tub Præficio Pro Decani  
 mei, quare è re haud fore existimo hac vice eorum in-  
 fiftere vestigis, qui circa Rubricæ explicationem  
 prolixè occupantur, unde etiam tertium ejus mem-  
 brum, qvod est de matrimonio lubens prætero. Defini-  
 tionem ejus suppeditat. IMP. in §. 1. J. de Patr. Potestat. Ne  
 autem Andabatarum more pugnemus; qvædam, ut  
 de vero & genuino controverfiæ, qvam trac̄to, statu  
 constet, præmittenda paucis esse duco.

**§. II.** Status qvæftionis huc redit; Si Mevia  
 agat contra Cajum, matrimonii præmissionem à Cajo  
 sibi factam esse prætendens, hic verò neget, an ne-  
 ganti juramentum deferri possit. Doctores qvot-  
 qvot perlegi, communem hanc fovere lalentiam  
*Format*  
*statum*  
*qvæftionis*  
*ac com-*  
*munemde*  
*eo recen-*  
*set feno-*  
*repe. tentiam.*

6 CAPUT I. SISTIT CASUM DISPUTATIONIS &

reperi, juramentum à parte parti in judicio ( de eo qvod Judex defert, infra dicam) qvoties causa matrimonium concernit, deferri posse affirmative, seu affirmanti sponsalia, ut in casu proposito Meviæ, hoc modo, si juraveris à me tibi promissum esse matrimonium, ero maritus, GAIL. L. 1. O. 94. MARTINI in Comment. Forensi. Tit. 18 §. 1. n. 108. ibi. Wofern Klägerin eidlich wird erhalten können / daß Bell. ihr die Ehe versprochen / so will Bell. solche mit ihr zu vollens ziehen sich hiemit erkläret haben. Sed non negativè, ita ut Mevia Cajo juramentum deferre nequeat. Vid. CARPZ. Tit. XI. art. 1. n. 71. BRUNNEM. in Process. Civil. c. 23. n. 5. GAIL. d. l. MART. d. l. Ubi Ddres longa serie allegat. Rationem differentiæ hanc communiter tradunt, qvod in priori calu de novo quasi contrahatur matrimonium, in posterioria autem de dissolendo eo agatur. GAIL. MART. dd. ll. Num au<sup>t</sup>em hæc opinio simpliciter procedat, & sat firmo defendere constitui, qvod aliquando etiam negativè in causa matrimoniali deferri possit Juramentum.

§ III. Anteqvam vero rationes pro mea sententia facientes adducam, necesse erit, ut prius, qvæ pro communi illa opinione adducuntur argumenta, pro virili ponderem. Principale argumentum, qvod pro hac communi affertur sententia, desumitur ab indissolubilitate vinculi matrimonialis, qvam Jure Naturali, Divino, Gentium & Civili fundatam purant. Eqvidem, qvod Jus Nature attinet, res extra omnem dubitationis aleam posita non est, an eo qvoq; Jure

Rationes  
pro nega-  
tiva, pri-  
ma ab in-  
dissolibili-  
tate vin-  
culi ma-  
trimonia-  
lis.

I. Ex Jure  
Nature  
an eo  
qvoq; sit  
indissolu-  
bile.

Jure matrimonium sit indissolubile? Conf. SELDEN. de Jur. Gent. L. 5. c. 7. ubi non obscurè statuere videtur, citra ullam omnino causam ex Jure Naturali distrahere licere matrimonium, pro qua sententia militat, quod inter Maritum & Uxorem quædam videatur Contracta societas, c. 2. X. de sponsal. ab hac autem unum sociorum, invito altero recedere posse, satis notum ex §. 4. J. de Societ. Multo magis ergo communis id licebit consensu. Contrariam qui defendunt sententiam, pro ea adducunt, quod pacta Jure Naturæ pariant obligationem. GROT. de J. B. & P. L. 2. c. 11. §. 1. Ergo etiam pactum matrimoniale valebit: sed re penitus inspecta, dicendum, quod calculus huius sit adjiciendus illorum opinioni, qui indissolubilitatem vinculi matrimonialis ex jure Naturæ merè tali & per se spectato deducere volunt: Nam ut ut non negem, ut pacta reliqua, ita quoque matrimoniale, producere obligationem, id tamen probandum, quod ad essentiam hujus pacti requiratur ut sit perpetuum, quod negat Celeberr. Dn. THO. MAS. in Jur. Div. L. 3. c. 2. §. 115.

§. IV. Jus Divinum si spectemus res sua luce II. Ex Jua  
jam radiat. Vid. Matth. 5. v. 32. & c. 19. v. 6. In Testa re Divinò.  
mento quidem Veteri divorcia erant permissa. Deut. ubi in Ves  
12. 4. v. 11. sed hoc ob malitiam hominum concessum, in teri testam  
Novo Testamento mutatum. Matth. 19. v. 4. Ubi Christus di  
flus Phariseos ad primam Institutionem matrimonii  
remittit, & solum adulterium pro sufficiente divorci  
causa statuit. Ex quibus facile patet quod de indi  
solubilitate nexus matrimonialis, quoad Jus Divinum  
minime su dubitandum.

§. V.

8 CAP. I. SISTIT CASUM DISPUTATIONIS

III. Ex  
Iure Gen-  
tium.

§. V. Jus Gentium quod concernit audiamus de eo THOMAS : in J. D. 3. c. 2. §. 116 ubi ejus haec leguntur verba : *Id moribus communibus omnium Gentilium receptum est, ut momentanea quasi cohabitatio pro matrimonio usquam fuerit habita.* Licet quidem non desint Gentes, apud quas matrimonia haud sunt indissolubilia; de quibus Conf PUFFEND. de Jur. Natur. & Gent. L. 6. c. 1. §. 20. hoc tamen non impedit quo minus indissolubilitas vinculi sit Juris Gentium. Desinitur enim hoc, quod sit Jus, quod Gentium omnium aut multarum voluntate vim obligandi accepit GROT. de J. B. & P. L. I. c. 1. §. 14. n. 1.

IV. Ex Jus  
re Civili  
divor-  
zia sunt  
licita.

§. VI. Quod ad Jus Civile pertinet, divortia quoque licita sunt, ita ut missio libello repudii matrimonium solvi potuerit. Vid. L. 8. C. de Repud. an vero id sine cauta licuerit, potest videri ex N. 22. c. 4. & seqq. N. 117. c. 10. & N. 140. ad quam illos qui subtilitatibus Veteris Juris deletantur, remitto. Talia enim hic explicare a scopo noster alienum foret; Unicum mihi adhuc removendum est dubium, quando matrimonium in §. 1. J. de Patr. Potest; definitur, quod sit Viri & mulieris conjunctio individuam vitæ consuetudinem continens. Est enim individua ratione voti contrahentium, non ratione exitus: VINN. ad d. §. 1. J. de Patr. Potest at HOPP. in Comment. J. ad d. §. 1. verb. indicat moribus hodiernis id est receptum, ut matrimonium non, nisi ob adulterium & malitiosam desertionem dissolvatur.

§. VII. Posita iam hac thesi quod matrimoniale vinculum, Jure Divino, Gentium & hodierno sit in disso-

dissolubile, necessariò exinde sequitur, quod juramentum contra matrimonium deferri nequeat, continet enim juramentum quandam conventionem si nūm non juraveris quod matrimonium non promiseris, liber defertur esto, Conventio autem non valet nisi de rebus quæ sunt privati arbitrii, adeoque in potestate paciscen-  
tium: talis vero non est matrimonium, quod est fœ-  
dus Dei, & ab ejus autoritate dependet. Matth. 19. v. 6.  
CARPZ L. 3. D. 44. n. 12. quos enim Deus coniunxit, ho-  
mo non separet. Obstat quidem videtur, quod vincu-  
lum matrimoniale mutuò consensu & per quandam  
conventionem contrahatur, ergo contrario quoque  
consensu dissolvatur, quod maximè naturale est. Vid.  
L. 3. ff. de R. J. add. N. 22. c. 4. Ibi: pactis causam sicut  
utriusque placuerit gubernanibus. Sed respondeo, ita  
quidem Jure Civili se res habet, sed moribus id im-  
mutatum, ubi in causis matrimonialibus contrahen-  
tibus ademptum est repudii arbitrium. MEV. P. 5. D.  
210. facit hoc elegans præjudicium: quod ex CARPZ.  
L. 3. Resp. 108. n. 29. refert STRYK de Diffens. sponsal.  
L. 3. §. 15. quod hic repetere placet. Ob nun wohl son-  
sten in anderen Contracten die Reue wann solche von  
beyden Theilen verhanden/ zugelassen/ und der ein-  
mahl geschlossene Contract mit beyderley Willen  
gar wohl aufgehoben und dissolviret werden mag.  
Dieweil es aber dannoch mit den Ehegöbbniss viel  
eine andere Gelegenheit hat/ und dasselbe wann bey-  
de Theile in Beyseyn der Gezeugen ihr endliches be-  
ständiges Jawort von sich gegeben/ und dadurch das  
matrimonium geschlossen / durch göttliche Ordnung

10 CAPUT I. SISTIT CASUM DISPUTATIONIS &

dermassen verbindlich gemacht wird/ daß es von den  
nen Contrahenten nicht wieder aufgehoben und dis-  
solviret werden mag, &c.

J. VII. Objici porro poterat, quæ de indissolu-  
bilitate vinculi matrimonialis, indequæ prohibita de-  
latione Juramenti negativi dicta sunt, procedere in  
matrimonio jam consummato: verb. grat. si maritus  
fœminam, ut uxorem suam petat, hæc verò matri-  
monium cum eo se unquam inivisse neget; hoc  
enim casu neganti, juramentum deferri nequit. Vid.  
STRYK. de Diffens Sponsal. S. 3. §. 33.

Nos verò  
versamur in terminis sponsaliorum, qvæ quoad  
quoaddis-  
solutionē  
à matri-  
monio dif-  
ferunt.  
Sponsalia  
versamur in terminis sponsaliorum, qvæ quoad  
dissolutionem à matrimonio qvam maximè diffe-  
runt, cum illa facilius dissolvantur, quam hoc, nec  
verba superius adducta, qvos Deus conjunxit homo  
non separat, ad sponsalia pertinent, ut latius de-  
ducit MEV. P. 6. D. 225. Sed ad hoc dubium, utut prima  
quasi facie gravissimum, respondeatur, antea dicta

Delatio  
juramen-  
ti negati-  
vi etiam  
ad spon-  
salia per-  
nit.  
de prohibita delatione Juramenti negativi etiam  
ad sponsalia pertinere. Quamvis enim haud  
possit negari, sponsalia pluribus ex causis dissolvi  
quam matrimonium consummatum, ubi ad pro-  
missionem, in qua subsistunt sponsalia, accedit co-  
pula carnalis, exqua postea carnis unitas oritur; id  
tamen certum, quod sponsalia perinde ut matrimo-  
nium privatâ conventione & sine causa dissolvi non

Dicendum possint. Conf. LYNKER. Reff., 78. n. 13, quare ipse  
Matth. s. MEV. P. 5. D. 210. n. 3. & 5. apertè dicit, qvod di-  
etiam ad eum illud, qvos Deus conjunxit homo non separat,  
ad  
sponsalia  
pertinet.

ad sponsalia quoque pertineat, ut ab his privato Partium consensu recedi nequeat, indeque transactio nem & juramenti delationem contra matrimonium rejicit. Convenit cum haec sententia *Ord. Elect. Saxonica. Tit. Bon. Cheschachen rubr. Ehegeldbnissen.* Wie auch sonst solche heimlich Verlobniss halber/ im Fall da die verneinet werden/ die Gewissen zu beschweren nicht zugelassen werden soll. *Jung. Ord. Matrim. Magdeburg. de Anno 1662. §. 12.* Wofern auch solcher heimlich Verlobniss halber etwas färklane/ und solche dass sie geschehen/nicht gestanden/ sondern verlängnet würden/auff solchen Fall soll niemand zu schweren und sein Gewissen zu eröffnen zugelassen werden. *Conf. MART. in Comment. Forens. Tit. 18. §. 1. n. 109.* Add. *SETSER. de Jurament. L. 4. c. 4. n. 5.* ibi: Es stehtet nicht in der Parthien Willkür sich von einander los zu schweren.

§. VIII. Jungunt hic Doctores pro negativa sententia non valeat etiam hanc rationem, qvod non valeat transactio contra matrimonium. *c. ult. X. de transact. GAIL. L. 2. o. 94.* *SCHNEIDEW. ad §. II. J. de Act. n. 27. STRUV. IP Rom. G. F. l. 4. T. 1. apti. 7. dict. 1. cujus rei ratio ex suprà dictis dependet, qvod conventio non valeat, nisi de rebus, qvæ sunt privati arbitrii, adeoq; non contra matrimonium, transactio autem est rei dubiæ *Conventa & non gratuita decisio.* Conf. *LAUTERB ad Tit. ff. de Transact.* ut propterea valeat argumentum: Si non valeat pactum contra matrimonium, nec valebit transactio, imo nec compromissum in causis matrimonialibus ex suprà adducta causa valeat.*

iz CAP. I. PROPONIT CASUM DISPUTATIONIS

VII. Fa-  
vor ma-  
trimonii  
magnus.

§. IX. Agmen claudat , qvod matrimonii fa-  
vor magnus sit, ut intuitu matrimonii sepius admit-  
tantur talia qvæ alias denegata, & multa specialia con-  
stituta legantur c. fin. ibique gloss. X. de condit. appo-  
fit. Unde etiam circa sententiam in matrimoniali-  
bus vulgatum est JCtorum Brocardicum , in dubio  
pro matrimonio potius, qvam contra illud pronun-  
ciandum, & opinionem unius Doctoris pro matrimo-  
nio respondentis præferendam esse communis opi-  
nioni contra matrimonium. GAIL. L.2.0,94.n.19.

## CAPUT II.

Proponit casus,

In qvibus etiam contra matrimo-  
nonium deferri potest Jura-  
mentum, & respondetur  
ad contraria.

Progre-  
dium  
mum ad  
casus in  
qvibus  
locus est  
juramen-  
to contra  
matrimo-  
nium.

**N**odatis ita in capite præcedenti argu-  
mentis eorum , qui juramentum contra  
matrimonium deferri posse negant, pro-  
missi mei haud immemor , ulterius pro-  
gredior ad caput secundum , ubi contra-  
riam sententiam, & qvod contra matrimonium etiam  
locus

locus detur juramento, & qvosdam, in qvibus id licet, casus perlustrabo.

§. II. Notanter autem nec sine ratione in §. preced. dixi, me qvosdam casus in qvibus juramentum in matrimonialibus etiam negativè deferri possit, propositurum. Non enim subscribo opinioni eorum, qui omne juramentum negativè deferri statuant: in qvam opinionem inclinare videtur SCHILT. Exercit. 23, §. 13. Id quidem jam allegato Celeberrimo JCto ambabus largior manibus, qvod, si Cajo promissionem matrimonii sibi factam esse affirmante, Mevia neget, actor necessum habeat, assertum suum probare. Actori enim incumbit probatio, §. 4. *J. de Legat.* Ergo etiam is solus Juramentum deferre posse videtur, si aliter intentionem suam probare vel non possit, vel nolit, sed inde non sequitur, qvod hoc semper procedat. Fieri namque potest, ut quæ convenitur Mevia, videat, Auctorem studiò literarū protrahere, quo Rez secunda impediatur sponsalia, hic sanè etiam negans affirmanti Actori deferre Juramentum potest, & videatur prælaudatus *Dn. SCHILTER:* *d.l.* id ipsum *Distinctio agnoscere*, quando §. 14. distinguit inter actionem inter a. etionem matrimonialē confessoriā, & negotioriam. Illa matrimoniū in præsenti casu dabatur Cajo, hæc Mevia, sed cur Confessio huic dabitur actio? Resp. Cagus prætendit matrimoniū promissionem, & cum Mevia alii despontata negato, cum hoc matrimoniū consummare vellet, impe- riam frat ille inhibitionem, in tali casu agere potest Mevia, via negotoria actione, & Cajo affirmanti deferre riam.

14 TUMETIAM CONTRA MATR. DEFERRI POSSIT.

Juramentum, non contra, ut proindè certum maneat, in quibusdam tantum casibus, & positis certis circumstantiis contra matrimonium deferri juramentum: De his autem casibus in §. h. se qq. via

suri sumus.  
§. III. Promisi in capite preced. me hic qvocq; actu-  
rum de Juramento qvod à Judice defertur: hoc re-  
fertur juramentum purgatorium, quod defert Ju-  
dex suspicioneis gravato, ad eas elidendas. Re-  
quiritur ergo ad hoc juramentum, ut is cui defers-  
tur, suspicioneis sit gravatus, & qvidem talibus,  
qvæ nec in criminalibus torturæ, nec in civilibus  
juramento suppletorio locum faciunt. *Via*, CARPZ.  
*T. 12. Art. 3. n. 18.* An autem hoc juramentum con-  
tra matrimonium deferri possit nunc videamus. E-  
videm si sententiae eorum, qui juramentum contra  
matrimonium deferri posse negant, indistinctè sub-  
scribere velim, patebit qvæstionis hujus decisio, sed  
non dubito afferere, quod hoc Juramentum etiam  
negativè deferri possit, qvod sine dubio illi quoq;  
concedent, qui alias juramentum contra matrimo-  
nium deferri posse negant. Cessat enim hic ratio,  
quam principaliter pro se allegant, quod scilicet,  
conventione *Partium* Matrimonium non tollatur.  
quia hoc juramentum à Judice defertur post accu-  
ratam indiciorum ac præsumptionum disquisitio-  
nem. CARPZ. *L. 3. D. 45.* Et cum in Crimina-  
libus deferatur quoties ad pœnam afflictivam cor-  
poris non devenitur, aut indicia ad torturam suffi-  
cientia

Definitio  
Juramen-  
ti purga-  
tionis,

An contra  
matrimo-  
nium huic  
juramen-  
to locus  
etiam ne-  
gativè de-  
fertur hoc  
juramen-  
tum.

cientia non adsunt, CARPZ, qv, II. n. 58. SET SER, de Jurament. L. 3. c. II. n. 6. multo magis locum habebit in matrimonialibus.

§. IV. Sed quando dixi hoc juramentum Quenam fine indicii & præsumptionibus non esse deferen- *indicia ju-*  
dum, inquirere debebam, quænam præsumptiones ramento huic juramento locum faciant, sed quia hoc nimis purgato-  
rio locum prolixum forer, & ex parte jam tactum in Disputati-  
one sub Prædio Dn. PRO- DECANI mei de fponjal, faciant.

*sine testib, contract, habitâ, nolo actum agere, id tan-*  
tum inquisitorus, an sola doni, v.g. annulatio, talem  
operetur promissi matrimoni præsumptionem, quæ  
locum juramento purgatorio faciat? qvod regu-  
lariter degandum. Datur enim donum non sim-  
pliciter in signum sponsaliorum contractorum, sed  
vel ad eliciendum amorem, vel aliâ ex causa. Sed  
hic grave dubium movet Ord. Polit. Ducat. Magdeb.  
*De Anno 1688. c. 37. & 44. ibi:* Würde aber ein Theil  
fürgeben wollen / daß seine Meinung gar nicht ge-  
wesen sey / sich mit der Person, welche er subarrhi-  
ret / und ihr den Mahlhas gegeben / ehelich zu ver-  
binden / so soll er solches zu erweisen / oder sein Ge-  
wissen vermittelst würtclit abgelegten Eydes zu  
reinigen/fals er es nicht hun könnte/mit selbiger Per-  
son die Ehe zu vollziehen schuldig seyn. Verum  
hoc cum GERBERTO in tractat. de Cauel. Jura-  
ment. c. 3. pos. 6. n. 439. suppono casu, ubi lpona-  
lia præcessisse dicuntur, sola annuli datione non  
sufficiente.

§. V. Succedit juramentum suppletorium,  
qvod

*Definitio  
juramen-  
ti supple-  
toris.*

*An huic  
locus sit  
in matri-  
moniali.  
bia,  
Pro ma-  
trimonio  
potest de-  
ferri.*

*Etiam  
contra  
matrimo-  
nium de-  
ferrari.*

quod à Judice defertur ei, qui intentionem suam semiplenè probavit, num verò huic in matrimonio alibus locus sit, acriter controvertitur. Sunt enim, qui hoc nec pro matrimonio, nec contra illud admittunt, pro qua sententia communiter allegant C. Mulieris 34. X. de sponsal. juncta ratione, quod causa matrimonialis sit ardua & gravis ac criminali compareatur. Vid. latè GAIL. L. 2. O. 94. Sed verius videatur, quod pro matrimonio hoc juramentum deferri possit, per ea quae habet CARPZ. L. 3. Def. 46. n. 8. & seqq. Conf. Dn. THOMAS ad Huber. p. elect. n. II. imprimis si plus quam semiplenè probatum, GAIL d. l. n. 12, Ineo autem ferè convenientiunt Ddres, quod Juramentum suppletorium contra matrimonium deferri nequeat. Sed rationem non video: Etenim si Judex juramentum purgatorium contra matrimonium deferre potest, cur non etiam suppletorium posset: Cessat enim hic ratio in cap. præcedente adducta, quod privata conventione matrimonium aut sponsalia non solvantur, cum hoc etiam Judex deferat.

§. VI. Sed hæc binis de juramento quod à judice defertur dixisse sufficiat, videamus nunc de eo, quod pars parti defert, quod fit vel extra judicium, qvo casu vocatur voluntarium, vel in judicio judice comprobante, quod in specie judiciale dicitur, de priori vix assuererim, quod negative deferi posset, quia meram conventionem privatam, qva sponsalia dissolvi non posse concedimus, continet.

§. VII.

§. VII. Seqvitur nunc judiciale, ubi haud  
subscriendum illorum opinioni, qvi juramen-  
tum hoc in matrimonialibus negatiè deferri posse  
indistinctè negant. Si enim juramentum in omni- *Hoc jura-*  
*bus causis regulariter & ubi nullus perjurii metus mentum*  
*lubet, v.g. qvam non agitur ad pœnam corporis etiam con-*  
*afflictivam, deferri potest, quidai idem liceret in tra ma-*  
*trrimonialibus & Principale argumentum trimoniū*  
*contrarium tentientes exindè desumunt, qvod ju defertur.*  
*ramentum hōc contineat qvandam conventionem,*  
*qvæ non valeat nisi de rebus qvæ sunt privati arbit-*  
*rii: sed hic probē distingvendum, utrum tponla: Non de-*  
*lia qvæ contracta negantur, ab affirmante suffici- fertur hoc*  
*enter aliundè probari possint, an non. Priori ca juramen-*  
*tu und da R! der Bekl. den Eid deferiret sich von tum si*  
*desselben losz zu machen/ non valebit juramenti de- sponsalia*  
*alundè*  
*latio, benè tamen in posteriori casu.*

§. VIII. Sed utrumq; sua non caret difficultate; probari  
quis enim, si sponsalia probare posset, deferret ju possint.  
ram entum, sich von der Bell losz zu machen? Re-  
spondetur supponendi sunt termini habiles. v.g. Ti-  
tius cum Mevia sponsalia contraxit, qvæ hæc negat;  
Actor autem qvi forte pendente lite pœnitentiā du-  
ci cepit, desert neganti juramentum, hic sanè con-  
cesserim, non valere juramenti delationem, qvæ ta-  
men valebit in posteriori casu: Objici posset, Sic  
erunt clandestina, ubi delatio juramenti locum  
non habet, cum per se non valeant, faciunt huc  
verba CARPZ. Tit II. art. 1. n. 75 ibi: quin & pa-  
rum efficti haberet delatio negativi juramenti, si ad-  
mitteretur

C

12. CAP. II. PROP. IN QVIB. ETIAM CONTRA MATR.

mitteretur, cum absq; testibus contracta sponsalia nullius sint momenti, Ubi simul allegat verba. Constitut. Eccles. Wie auch sonst solcher heimlich Verlobniss halber / im Fall da die verneinet werden/ die Gewissen zu beschweren nicht zu gelassen werden soll. Sed respondeo. Sponsalia ob defectum testimoniū clandestina non sunt ipso jure nulla, si aliundē probari possint. BRUNNEM. in *Jur Eccles. L. 2. c. 16. §. 12.* Ut proindē thesis nostra maneat firma, juramentum in matrimonialibus etiam negative deferri posse, si alio modo sufficienter probari nequeant, ne sub justo clypeo succumbat Actor, si ad hoc subsidium recurrere prohibetur. BRUNN. ad *L. 9. ff. de Jure iur. n. 26.* Nec approbare possum opinionem SETSERI, *L. 4. c. 4. n. 7. in fin.* existimantis, hoc casu juramentum purgatorium esse deferendum, hoc enim præcedentia reqvirit indicia. Judiciale vero juramentum talia non requirit, quod ad sponsalia publica qvoq; applicabile, in quibus facile evenire potest, ut testes sint mortui, aut qui adfuerunt, inhabiles sint.

§. IX. Postquam ita demonstratum, qvod juramentum in matrimonialibus negative defertur, sive sponsalia fuerint publica, sive clandestina, nisi qvoad hæc contraria probetur consuetudo. Nunc examinanda erunt, qvæ à dissentientibus objiciuntur. Ubi primo loco sifitit argumen- tum ab indissolubilitate vinculi matrimonialis de- sumptum, & qvod sponsalia æq; ligent ac verum matrimonium. Posterius nego, id qvidem facile con-

Refutan-  
tur con-  
traria.

concedo(1.) qvod sponsalia proximè accedant ad matrimonium, differunt tamen adhuc, qvia in sponsalibus fides fit de matrimonio, non matrimonium. *Vid. STRYK. de Diffens. sponsal. S. 3, § 27.*  
 Sed dixeris, si sponsalia non sunt matrimonium, *An sponsa  
sit uxor.*  
 cur ergo sponsa vocatur uxor, & in eam committit  
tirur adulterium? *Doch mit Ihr die Ehe gebro-*  
*chen werde.* Prius probatur ex textu Matth. I. v. 28.  
 Posterior probat Deut. 22. v. 24. cum quo conso-  
 nat Jus Civile L. 12. §. 3. ad L. Jul. de adult. Respon-  
 detur ad (1.) non à sola appellatione rei dependet ve-  
 ritas, ut loquitur STRYK. de Diffens. sponsal. dict. loc.  
 §. 27. Vel, divinæ legis mos est, sponsas appellare  
 Conjuges, non qvod jam sint uxores, sed qvod à  
 Parentibus uxores fieri debeant; *Vid c. 12. C. 27. qu. 2.*  
 Ad (2.) facilis est responso, qvod qvamvis inter de-  
 sponsatos adulterium dicatur committi, id tamen  
 propriè dici nequeat: sed potius est fidei temel da-  
 tæ violatio, qvam instar adulterii vindicandam  
 censuerunt jura. (II.) & hoc largior qvod priva-  
 ta Partium conventione sponsalia solvi nequeant,  
 sed hæc non adest in delatione juramenti judicialis,  
 quæ præsupponit Judicis comprobationem: sicuti  
 autem Judex transactionem contra matrimonium  
 ex justa causa confirmare, qvod fieri posse commu-  
 niter concedunt. Conf. BEUST. de matrim. P. I. c. 29.  
 CYPRÆUS de Sponsal. 6. 13. §. 13. ita etiam con-  
 tra matrimonium concedere potest Juramentum,  
 qvod speciem qvandam transactionis continet

**¶ CAP. II. PROP. IN QVIB. ETIAM CONTRA MATR.**

Vid. L. 2, ff. de Jurejurand. BRUNNEM. process. Civil. 23, n. 2. Ad matrimonium tamen jam conlummatum hanc licentiam transfigendi non extenderem cum STRUV. exerc. 6. th. 59. Judicialis verò ex justa causa etiam hic admittitur, quando Conjuges à thoro & mensa separantur. Qvod tandem honorem matrimonii concernit, eum in jure sumnum esse nemo negat, ita ut pro matrimonio in dubio sit pronunciandum, sed eleganter respondeat MEV. ad Jus Lubecc. Lib. 1. Tit. 4. Art. 1. n. 11. qvod hoc brocardico abuti non debeamus, qvod sit, si velimus pro matrimonio, pronunciare, ubi de ejus substantiis perfecte non constat, ut in nostro casu.

**§. X.** Confirmat hæc omnia Responsum EXCELENTISSIMORUM DOMINORUM ET ICTORUM hujus Academiæ, qvod mihi communicatum ac apponere volui.

**S**o fraget sich ferner ob allhier juramenti judicialis delatio stat finde/ da dann zwar in thesi und regula solches communiter verneint wird. GAIL. L. 2, O. 94. n. 13. seq. CARPZ. L. 3. D. 44. SETSER. de Juramento. L. 4. c. 4. n. 7. BRUCKNER. in Dec. matrim. c. 2. n. 4. RICHTER. Dec. 8. n. 27. NICOL. de repud. c. 1. n. 68. Es haben aber die Doctores negantes alle eine raison, quia non est in arbitrio partium à sponsalibus semel initis sub conditione Jurisjurandi recedere. GAIL. d. L. n. 140. CARPZ. d. L. n. 10. BRUCKNER. d. L. n. 4. HILIG. AD DONELL. L. 24. c. 17. lit. f. in med. ibique allegat. RICHTER. Dec. 8. n. 27. §. 36. und gebrauchen

chen das argument ex c. fin. X. de transact. GAIL.  
d. n. 14. CARPZ. d. L. m. II. Wann aber ex actis er-  
helllet/dass Kläger diesen Eyd nicht deferire sich von  
der Beklagtin los zu machen / sondern bloß die  
Wahrheit an den Tag zu bringen / und wie die  
Heilige Schrift redet/ eitt Ende alles Haderß  
zu machen/ Hebr. 6. v. 16. da Er alia ratione sein  
intent plenē nicht erweisen kan/ so haben Wir kein  
Bedenken getragen/solche Eydes Delation zu con-  
firmiren juxta doctrinam BRUNNEM. ad L. 6. ff.  
de Jure jur. n. 26127. &c in Jur. Eccles. L. 3. c. 5. §. 1. in fin.  
Dann es hat mit diesen Jurament allerdings glet-  
che Bewandtnis / als mit der Transaction contra  
matrimonium , welche regulariter nicht verstattet  
wird. c. fin. X. de transact. ibid. Ddres, und gleichwohl  
kan das Consistorium ex Justa Causa dergleichen  
transactiones confirmiren, CARPZ. L. 3. D. 45. n. 12.  
STRYCK. in U. Mff. tit. de transact. §. 21. Warum  
solte ein Richter nicht können Juramenti delationem  
contra matrimonium confirmiren/wann Er sieht  
dass der deferens den animum nicht habe sich à  
sponfaliibus initis los zu machen / oder wie SE-  
TSE. de Jurament. L. 4. c. 4. n. 7. redet/ Sich von ein-  
ander los zuschweren ; Um so vielmehr/da ex actis  
erhelllet / dass Kläger probabiles causas angeführt/  
aus welchen zu sehen/dass Er den Eyd nicht reverere  
deferrit/sondern gnuqahme Präsumtiones sind/  
dass die einmahl abgeschlagene Sponfalia nach des  
Vatens Tode von Neuen beliebet seyn. Da nun die  
rationes so contra Juramentum judiciale sonst mi-  
litiren

C

22 C. II. PROP. IN QVIB. ETIAM CONTRA MATR.  
litiren, allhier cessirn/ so ist keine Ursache / warum  
man nicht juramentum Judiciale sowohl als pur-  
gatorium Parti injungiret kônnen ; Es würde auch  
aus der widrigen Meinung folgen/ daß sponsalia,  
wann Sie in 2 oder dreyer Manns Personen Ge-  
genwart geschlossen/ die restes aber wären bald auf  
einander gestorben/ nicht konten probiret werden/  
wann die Eydēs Delation kein stat fünde/ welches  
aber wieder alle Recht und Billigkeit : Muß also  
opinio Doctorum Communis qvod Iuramentum  
judiciale contra matrimonium deterri non possit,  
ex adiecta ratione restringiret werden/si sc. Partes à  
sponsalibus velint recedere, secus si probatio plena  
haberi non possit. arg. eorum qvæ habet CARPZ.  
L.2. D. 233. n. 8. seqq. Quo enim casu licta trans-  
actio, eo quoque casu lictè detertur juramentum  
judiciale, qvia hæc valde sunt similia, ut ab uno ad  
aliud liceat argumentari,

Jungam responsum qvod exhibet STRYK. in u.  
modern. Pand. Tit. De Transact. §. XXX.

**D**W wohl Kl. der Bell. das Juramentum  
expresse super negativa deferirret / daß  
sie ihm die Ehe nicht versprochen / und  
alo reverā die Delatio contra matrimonium  
ist / in welchem Fall secundum communem  
Doctorum opinionem die Eydēs Delation nicht  
stat hat / indem niemand erlaubet ist / sich von  
der einmahl geschlossenen Ehe - Verbindung  
durch seinen Eyd los zu machen ; Weil aber  
dennoch solche communis sententia dieses vor-  
nehmlich zum Grunde setzt / qvod super matri-  
monio non valeat transactio, und ein grosser Un-  
terscheid ist / an transfigatur super matrimonio con-  
tracto, an super sponsalibus vel matrimonio con-

DEFFERT, JURAM. & RESP. AD CONTRARIA. 23

trahendo, allermassen jedes eine indissolubilitatem ex Jure Divino mit sich führet / diese aber ex honesta causa per transactionem wohl dissolviret werden können / und also supposita facultate transigendi, die Juramenti delatio auch statt finden muss; Hiernechst die Eydēs Delatio ein im Rechten verlönnetes Mittel ist / dessen man sich zum Beweiss überall gebrauchen kan / wo nicht die Rechte einander deutlich verordnen / welches aber in materia sponsaliorum sich nirgends findet / dādoch diese causa favorabilis ist / und daher via probandi mehr zu extendiren / als zu restringiren / welches geschehen würde / wann man aus Mangel der Zeugen den Eyd nicht deferiret könnte / wodurch zugleich Gelegenheit gegeben würde / das Eheliche Versprechen promiscue ins läugnen zu ziehen / wann dieses vor einer beständige Regul ausgesetzt bliebe / daß niemanden der Eyd darüber deferiret werden könnte / daß er die Ehe nicht versprochen / zu geschweigen / daß hierunter zugleich eine delatio Juramenti pro matrimonio tacite enthalten / indem / wann der Beiflagte nicht schweren kan / daß er die Ehe nicht versprochen / et ipso facto das matrimonium zugestehet / und obwohl einige hieselbst die gravitatem causae matrimonialis entgegen sezen / daß solche der criminali compariret werde / dennoch diese comparatio nicht absoluta, indem auch sonst pro matrimonio kein Eyd deferiret werden könnte / weil ja pro criminale commissio kein Juramentum affirmative zu deferiret erlaubet ist / indem niemand durch des andern Jurament sich zur Leib und Lebens Straffe verbinden lassen kan : Zugeschweigen / daß das Juramen-

4

C. II. PROP. IN QVIBETIAM CONTRA MATR &c.

mentum purgatoriorum so wol in criminalib⁹ als matrimonialibus contra commissum crimen & contra promissum matrimonium unschuldig zugelassen wird / und daraus zugleich folget / daß die Juramenta delatio contra matrimonium an und vor sich nicht ungültig seyn könne / dabej auch auff das periculum perjurii nicht zusehen / weil solches so wohl in den Juramento purgatorio , als in den Juramento Judiciali pro matrimonio delato sich zu tragen kan / in dem ein leichtstüniges Gemüth eben so leicht pro matrimonio , damit er eine reiche Braut nicht verliehre / Meinung werden / als contra matrimonium schweren würde . So erscheinet hieraus allenfallsen so viel / daß super promisso matrimonio die Eyd des delation allerdings statt finde / da jedoch dem Beklagten so er nicht schweren wolte / ein Gewissen mit Beweis zu vertreten / oder auch pro matrimonio den Eyd zurück zu schieben / frey bleibt . V. R. W.

Conclusio .

Vela nunc contraaho atque plura , licet addenda essent pro stabilienda sententia nostra qvod etiam contra matrimonium locus sit iuramento , jam supersedeo , quia nec temporis nec mei instituti ratio id permittit , & hæc etiam sufficere puto . Quare me ad SUMMUM RECTOREM OLYMPI DEUM T. O. TERQ Maximum , dirigo , gratias agens immortales pro præstito hoc usq; & animi & corporis auxilio ; velit ille ulterius omnes meos ita flectere conatus , ut omnia quæ aguntur tendant in sui gloriam ac proximi commodum , cui sit laus honos &

FINIS .

(O) 30

Rostock, Diss., 1706-09

X 2373042



